Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sapiencia et ignorabam quia horum omnium mater est. Cum sine fictione didici et sine invidia communico: et honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus eius est hominibus quo qui usi sunt participes facti sunt amicitiae dei. Ps. iusti. Ita iustus germinabit. Ewin. Nemo accendit lucernam. Off. Domine iesu. Sec. Munera nostra quaesumus domine propitiatus assumens et ut digne tuis famulentur altaribus sancti tui sacrorum intercessione custodi. P. Com. Fidelis servus. Complend. Repleti alimonia caelesti quaesumus domine: ut intercedente beato sacrorum antistite tuo nunc tua gratiam assequi meeramur. P. De sancto Remigio. Deus qui nobis hodiernum statuisti esse diem festivitatem beati Remigii confessoris tui atque pontificis mirabilem tuis praesta quaesumus: ut cuius annua celebritate exultamus obsequiis eius suffragiis tue pietatis assequamur auxilium. P. Lectio. Dispositi. Homines illi magni erant. Tract. Sapie. in virtute et sapiencia prediti: nunciantes dignitatem phetarum et imparantes in presenti plo et in virtute prudencie plis sanctissima verba et in puericia alia requirentes modos multos: et narrantes carmina septuaginta homines diuites in virtute pulchritudinis studium habentes pacificantes in domibus suis. Huiusmodi illi in generacionibus gentis sue gliam adepti sunt in diebus suis patrum in laudibus. Qui de illis nati sunt: reliquerunt nomen enarrandi laudes eorum. Et sunt quorum